

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

Epitomae libri secundi.

urn:nbn:de:bsz:31-67095



V O D Bactriana regio beatissima & fertilissima sit, atq; in Hircania uitis uini metretam ferat, ficus autē modios sexaginta triticū delapso è culmis fructu renascatur denuo, in arboribus apes operentur, & mella de frondibus fluant. Quodq; idem in Martiana Media, & in Sacasina & Araxina Armenia fiat. Verum quādo hæ australiores sunt quā sit Hircania & temperatiores, minime id mirum est. At in Margiana, stipes uitis sæpenumero tantus euadit, ut duorū uix hominū uulnis amplecti possit. Botrus autem duorum cubitorum longitudinem implet. Et Aria huic est similis, uini bonitate tamen excellit, in qua affirmant uina ad tertiam usq; generationem perdurare posse, in uasis non picatis. Est autem omnium rerum ferax Bactriana, præterquam olei. Quòd Bagadania Cappadocia regio, campus ingens inter Argæum & Taurum montes, ob immensam altitudinem ligna nō ferat. Quæ uero Sinopi adiacent arua & Amiso & Phanarsia, quamuis stadiorum tribus millibus, magis ad septentrionē uergant, oliueta gignūt, & mitiores habent hyemes, nimirum quia humiliora sunt & à mari mitescunt. Quòd circa Boristhenis ostia & Galliam oceano adiacentem uitis aut non nascitur, aut nō ad maturitatem ducitur, aut paucos fructus fert, per hyemem uero terra obtegatur.

Quòd tantus sit circa Mæotin frigoris excessus, uti quo in loco Mithridatis copie Barbaros uicerint, super glacie prælio equestri cōmisso, eo ipso deinde nauali pugna congressi uicerūt. Quòd tantum frigus in his locis sæuiat, ut arææ hydriae sæuitie hyemis rumpantur, uelut indicat epigrāma in Æsculapij templo Pan-

ticapensium, super hydria rupta,
 εἰ τις ἀρ' ἀνθρώπων μὴ πείθεται οἷα παρ' ἡμῶν
 γίνεται, εἰς τὴν δὲ γνώτω ἰδῶν ὑδρίας
 ἢ οὐχ ὡς ἀνάθημα θεῶν καλόν, ἀλλ' ἐπίδηγμα
 χειμῶν & μεγάλου, θῆκ' ἱερῆς σφάτι.

Si quis non credat, quæ in hac regione gerantur,

Is hanc, cognoscens, inspiciat hydriam,

Quam non ut sacram Dijs, quin hyemis monumentum

Præduræ, flamen posuit huc Stratus. Quòd Hipparchus ait, circa Boristhenem & per clima septimū, totis æstiuis noctibus, lucere solis radios, dum ipse ab ortu in occasum circūfertur. Cæterum per brumam solis eleuationem maximam esse cubitorū propè nouem. In Britannia uero, quatuor, ubi maximus dies horarum est æquinoctialium decem & nouem. Quòd apud Homerū, quinque oræ in Achillis scuto, zonas quinque totius terræ significant. Aurea quidem, amphiscia, id est in utranq; partem umbras habentem, quæ inter tropicos est sita. At duæ stanneæ, periscias duas, id est in circulum habentes umbram, quæ sub polis sunt. Aereæ autem, binas heteroscias, id est in alteram partem tantum uergentes umbras habentem, quarum altera nostra hæc est, quæ ad boream habitatur, altera eorum qui nobis ἀντοικοί sunt, id est ex aduerso habitant austrum uersus. Quòd Pytheas & Euemerus & Antiphanes, mendaces fuerint geographi. Quòd qui longitudinem terræ distinguunt circuli, meridiani sunt, non autem ortus & occasus. Latitudinem uero, paralleli. Quòd Calpe, mons sit Hispaniæ, qua parte altera iacet columnarū Herculis, multo quā sit Gadium

inf

insula orientat
 ces, quorum al
 tra Tauromin
 montorium et
 facens. Cæteru
 Quòd geog
 quemadmodu
 tiam, quæ per
 carent subiecti
 rarum omnium
 non eius qui m
 transfer, quo et
 geometer, & gn
 ctuali parallelo
 grinatione, relic
 hi, ut inuento i
 duplum maxi
 natur, partim se
 meiti, fidem a
 ipsas distanti
 totam habitab
 bus eius aliqui
 dio sita est.
 illelus est, cir
 cultum distern
 tem hic e mer
 midium. Hui
 abilem, Atlan
 gna ex parte a
 bet myriadas
 bitabiles sunt
 dine habet sta
 tum uiginti se
 sthenis sentent
 millia, quorum
 Quòd iu
 tur circulo ad
 quinoctiali ue
 æquinoctialer
 Meroën, stadi
 parallelus, usq
 bitabilis inter
 titudine milli
 lem in sphaer

insula orientior. Quòd Italiæ pars, maxime australis, duos habeat uertices, quorum alter qui est occidentior, iuxta Leucopetram promontorium, contra Taurominium Siciliae iacet, qua magna Græcia est. At orientior uertex, promontorium est Iapygium, ad occasum cõtra montes Acroceraunios & Chaones iacens. Cæterum Crotonis sinus & Tarentinus, inter hos uertices est situs.

Quòd geographus dimensiones terræ à mathematicis factas, principia statuit, quemadmodum ille, demõstrationes astronomicas. Atq; hæc rursus naturalem scientiam, quæ per se scientia & uirtus est, atq; subiectiones non habet. Nam uirtutes carent subiectionibus, & à seipsis pendent, habentq; in sese principia & fidem cæterarum omnium.

Quòd terram in quinque zonas distinxisse, geometræ sit, at non eius qui mente geometriam exercet, sed qui figuras à mente ad terram ac cælum transfert, quo etiam geographus, tanquam architecto et principe, utitur.

Quòd geometer, & gnomonice, et demonstratiõne astronomicæ adiutus, circulos æquinoctiali parallelos, & meridianos metitur, eamq; terræ partem, quæ habitabilis est, peregrinatione, reliquam uero ex interuallorum proportione mensurat.

Qua ratione fit, ut inuento interuallo quod est à polo usq; ad æquinoctialem habeat etiam quadruplum maximi in terra circuli. Atq; ad hunc modum totius terræ ambitum uenatur, partim scilicet ex dimensione quam ipsemet fecerit, partim ijs qui hanc sunt metiti, fidem adhibens.

Et proinde, datis duabus habitationibus, quæ sit inter ipsas distantia geometrice inuenit. Quòd non sit ulla differentia, siue quis totam habitabilem insulam appellet oceano circumdatam, siue dicat de partibus eius aliquibus id ignorari, num ambiantur.

Quòd minima sit terra quæ in medio sita est. Quòd, si terra tota ab æquinoctiali, & qui huic uersus boream parallelus est, circulo arctico diuidatur, spondyli figuram efficiet. Is si diuidatur per circumulum determinantem maxime orientalem terræ partem atque occidentiam (est autem hic æ meridiana circulus) euadet reliqua huius figuræ portio, spondyli dimidium.

Huius superficies chlamydis formam referens, nostram efficit habitabilem, Atlantico pelago circumfusam, & aut instar insulæ undiquaque aut magna ex parte aquis clausam.

Quòd longitudo habitabilis stadiorum habet myriadas septem, latitudo tres, seiunctis ijs quæ præ æstu ac frigore inhabitabiles sunt partes. Quæ igitur ob æstum habitari nequit pars terræ, latitudine habet stadiorum millia octo & octingenta, longitudine uero maxima, centum uiginti sex, quanta est æquinoctialis medietas.

Quòd iuxta Eratothenis sententiam terræ ambitus stadiorum habeat ducenta quinquaginta duo millia, quorum pars sexagesima sit stadiorum quatuor millium ducentorum.

Quòd iuxta Strabonis sententiam, australis terminus nostræ habitabilis finitur circulo ad æquinoctialem parallelo, ducto per Blemmyas & Nubas. Is ab æquinoctiali uersus boream distat partibus decem proxime. Ab hoc parallelo ad æquinoctialem stadiorum sunt octo millia octingenta.

Ad parallelum autem per Meroën, stadiorum millia quinque, totidemq; alia, ab eo qui per Syenen ducitur parallelus, usque ad parallelum qui per inferiora Ægypti.

Quòd totius habitabilis interuallum, longitudine quidem stadiorum habeat decem millia, latitudine millia duo septingenta quadraginta.

Quòd qui habitabilem in sphericam superficiem sit descripturus, sphaeram non maiorem fabre-

lem in sphericam superficiem sit descripturus, sphaeram non maiorem fabre-

lem in sphericam superficiem sit descripturus, sphaeram non maiorem fabre-

in Hircania
ta triticum
apes opes
Martiana
m quado
um est. At
ninu ulnis
t. Et Aria
riam usq;
rerum fe
gio, cam
nem ligna
uis stadio
nitiores ha
Quòd circa
t, aut non ad
tegitur.
Nithridatis
indenauali
t areæ hy
emplo Pan

circa Bori
s, dum ipse
nem maxi
ximus dies
meru, quin
rea quidem,
cos est sita.
uæ sub po
ntum uer
ream habi
nt austrum
uerint geo
idiani sunt,
Calpe, mons
sit Gadium
inf

facere deceat quàm diametrum habentem pedum decem. Si in planum, non minorem quàm pedum septem. Quòd Strabo ipse uiderit quicquid est habitabilis, iuxta longitudinem quidem ab Armenia usque ad Sardiniam. Iuxta latitudinem uero à mari Euxino usque ad Aethiopiæ terminos. Quòd uisus quamuis in cæteris auditu præstet, ad scientiam tamen capeffendam eo longe est inferior, scilicet permulta quæ in geographia traduntur, auditu scimus.

Quòd iuxta Strabonis sententiam, latitudo habitabilis terminatur magnitudine meridiani, qui per Cinamomiferam, & per Meroën & Syenen et Alexandriam & Rhodum & Byzantium & Boristhenem ducitur, ac parallelo per Hyberniam Britannię insulam. Porrò latitudo, magnitudine paralleli qui per columnas describitur & Siciliam & Peloponnesum & Rhodum & Cyprum & sinum Issicum & Armeniam, & per mediam Mediam, & quod deinceps est situm, dorsum montanum usque ad mare Indicum. Est autem figura hæc chlamydis specie, habetq; latus australe latum, septentrionale angustum, orientale uero æquale occiduo.

Quòd Artabra, lacus sit Hispaniæ e regione Cassiteridum. Quòd iuxta Strabonis sententiam, latus Mauritanïæ occiduum, adiacens oceano, initium sumit à Columnis, inde tendens ad ortum & austrum, finit in meridianum qui per Carthaginem describitur, & Cinamomiferę parallelus est. Hic secundum Ptolemæum ab occiduo termino, iuxta longitudinem partibus triginta quatuor & quadrante distat. Quòd occidua pars Pyrenes, occidua parti Britannïæ uersus austrum sit opposita.

Quòd Europa præ cæteris multiplicem formam habeat, Africa uero simplicem, Asia inter utranq; mediam. Id autem fit propter litora.

Quòd fretum prope Columnas, latitudinem habeat stadiorum septuaginta, qua parte angustissimum est. Longitudinem uero stadiorum centum uiginti.

Quòd mare Ibericum terminos habet, ab austro quidem litus Africae usque ad Carthaginem, à septentrione uero ipsius Hispaniæ regionem maritimam & Gallia, usque ad Siciliam. Porrò Sicilia, quod Italiae adiacet, fretum, stadiorum est septem. Quod autem Syrta minori, mille quingentorum. Et à Gadibus usque ad Siciliam, per medium pelagus, quæ per Rhodum describitur & sinum Issicum linea, stad. continet duodecim millia. Latitudo uero huius pelagi maxima, à Massilia scilicet usque Sisarem fluuium Africae, stad. est quinque millium.

Quòd Iberico mari uersus austrum adiacens pelagus partim uocatur Africa cum, partim Sardoum, partim Tyrrhenū. Quòd sinus Ionij longitudo stad. sit quinque millium, latitudo mille ducentorum.

Quòd à Pachino in Cretam usque & à parte occidua usque ad Tanarum Peloponnesi, interuallum sit æquale, stad. autem quatuor millium & quingentorum.

Quòd Myrtoum mare mediū iacet inter Cretam & Atticam & Argiam, latitudinem habes maximam ab Attica stadiorū quatuor milliū ducentorū, longitudinē minus quàm duplam. In hoc insule iacent, Cythera, Calauria, Argiua, item è Cycladibus nonnullę. Huic contiguum est, partim Aegæū pelagus unā cum sinu Nigro & Helleponto, partim Icarium & Carpathiū usq; ad Rhodū & Cretam & Cyprum. Cæterū Asiaticum pelagus, Cycladas insulas habet & Sporadas, & quæ ante Cariam & Ioniam & Aeolida usque ad Troadem sitæ sunt. Item quæ ante Hellada & Macedonia ab Eubœa usque ad Imbrum & Samothracen.

Quòd freta duo
alter



alterum Gadibus
Byzantiū est, sta
contra Buthron
& boream. Est
aris ad uitam ciu
& Romani. Hab
campetri ferax et
has uitutes, tum
sunt e gente Gallie
Apennino cõiun
ficiant peninsular
Aulonium & A
id est trecentesima
ra septuaginta.

V
te
re
ac
N
betam habitati
iuxta Pyrenes
tra terras est m
montoriū, ultra
mle est promont
nalis rostri, re
Anas flu. & Tag
um oceanum, ille
duo flumina inte
lx est: quæ uero
idem conferat u
licitate, siue que
laturq; Betica. In
habebant & po
millibus. Sed &
tur, pro suo idio
genis quinquag
na uocare cõsue
ranae nauigation
milliaria sunt flex
ta. Quòd p
Vipa, Astina, Ca
Munda, ubi libe

alterum Gadibus adiacens, alterum Abido, septenūm stad. sunt. Et quòd iuxta Byzantiū est, stadiorum quatuor. Quòd duæ sunt Corcyrae, altera Phæacū contra Buthrotum, altera Mellina, contra ostia Drillonis fluuij uersus occasum & boream. Est autem hæc in sinu Ionio. Quòd Europa tum sapientiæ, tum artis ad uitam ciuilem idoneæ plurimum teneat: uelut Græci sunt & Macedones & Romani. Habet etiam per montanas regiones, gentem pugnacem. Et in agro campeltri ferax est, ac fructibus abundat. Inter cæteras itaque partes terræ, tum ob has uirtutes, tum ob metallorum copiam optima sanè est. Quòd Ligures nō sint è gente Gallica, similes tamen illi genere uitæ. Incolunt alpium regionem quæ Apennino cōiuncta est. Partē etiam ipsius Apennini tenēt. Quòd Italiam efficiant peninsulam, partim mare Tyrrhenum initium sumens à Ligustico, partim Ausonium & Adriaticū. Quòd iuxta Hipparchi sententiam, cæli pars una, id est trecentesima sexagesima totius circuli maximi portio, stadia continet in terra septuaginta.

LIBRI TERTII



Q UOD Hispaniæ longitudo stadiorum sit sex millium: latitudo autem maxima, quinque milliū. Huius magna pars, cum primis uero quæ ad septentrionem iacet, aspera est, & terram habet tenuem, acerbam, paucos fructus ferentem, & gelu rigidam. Cæterum australis pars, & maxime quæ extra columnas est sita, optima est, & beatam habitationem præbet. Quòd & Hispaniæ & Galliæ pars angustior iuxta Pyrenen sit. Nam in his locis duos sinus efficiunt, hinc oceanus, illinc quod intra terras est mare. Quòd extrema Hispaniæ uersus occasum ad Sacrum promontoriū, ultra terminos Africæ procumbunt, stad. mille quingentis. Et nauis simile est promontorium ipsum, circa setres exiguas habens insulas, è quibus una naualis rostri, reliquæ aurium eminentium effigiem præ se ferunt. Quòd Anas flu. & Tagus, ex orientali parte facta eruptione, egrediuntur: hic in occidentum oceanum, ille uero ad austrum à Sacro promontorio. Cæterū quæ inter hæc duo flumina interiacet regio Sacrumq; promontorium continet, mediocriter fœlix est: quæ uero deinceps uersus interius mare sita est, si uel ad uniuersam habitabilem conferat ur, nulla est inferior, siue eorum, quæ terra producit, bonorum fœlicitate, siue quæ iptum mare. Hanc Betis flu. perlabitur, ab ortu erumpens, appellaturq; Betica. Incolunt eam Turdetani sapiētissimi Hispanorū. Hi grāmaticen habebant & poëtas & historicos, ut affirmabāt Strabonis tempore, è sex annorū millibus. Sed & ceteri Hispani non una lingua utentes, grāmaticis artibus utuntur, pro suo idiomate singuli. Quòd Gades à Beticæ litore distent stad. septingentis quinquaginta. Quòd Beticam incolentes Hispani, ἀναχύσεις siue æstuaría uocare cōsueuerint cōualles marinis aquis refertas, & instar fluuiorū in mediterranea nauigationē præbētes. Quòd à Sacro promontorio ad ostia Anæ fluuij milliaria sunt sexaginta. Hinc ad Betis ostiū, centū. Inde ad Gades usq; septuaginta. Quòd per Beticā magnæ sint urbes, Corduba, Gaditana, Hispalis, Italica, Ilipa, Astina, Carmon, Obulco, & Apetna, & Vrsō, & Tucis, & Iulia, & Aegna & Munda, ubi liberi Pompeij fuerūt expugnati. Cæterū omnes illæ à Corduba non